



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 4. De perfectione voti Castitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

## CAP. IV.

## De perfectione Voti Castitatis.

Similem adhibebis curam & diligentiam perfectioni Voti Castitatis, sicut & puritati corporis castitatis: *Mundantes nos ab omni inquinamento carnis & spiritus.* Idèoque Castitas peculiaris quædam appellatur virtus Angelica: nam virtute illius castitatis vitur secundum carnem; sed tanquam puritas spiritus extra & supra carnem. Castitas Angelos facit, ut S. Ambrosius: qui eam servavit Angelus cum quibusdam diabolus. Verùm quid est hæc Castitas Angelica? purus & sanctus Amor Dei non permixtus aliquo creaturarum amore. *Castus est,* definit Climacus, *qui morem amore excludit, ignem igne extinguit.* Deus superat amorem creaturarum, igneque Spiritus Sancti devincit ignem concupiscentiæ. Ob causam Castitas dicitur etiam virtus Divina: quoniam *minem Deo maximè familiarem facit, & quantum ad se homini est similem facit.*

Acquisitioni virtutis hujus, ejusque perfectioni multum prodest, si de nobis, propriisque rebus nostris diffidamus, ac proinde eam à Deo expostemus & sollicitemus: Dei enim donum *Et nemo potest esse continens, nisi Deus det.* Tamquam subjungit Cassianus, à contrario viti molesto oppugnaberis, donec perfecte cognoveris temporum, deficiente gratiâ Dei, ad resistendum temporum, insufficientemque: *Tamdiu, sic loquitur, bellum animi impugnare necesse est, donec se bellum supra vires suas, agnoscat.* Et S. Bernardus virtutis hujus conflictus & certaminis in particulari virtuti Sanctissimi Sacramenti: *Quæa innotuit, & tollit consensura.*

2. Cor. 7.

lib. 2. de virg.

Grad. 15.

Sap. 8.

Cass lib. 6. c. 5.

S. Bern.

serm. de

corp. Dom.



Et ex parte nostrâ, præter quàm hic inimicus subjungitur mortificatione continuâ, sensuum custodia, subtractione occasionum, vincitur & superatur quoque, ut docet Chrysostomus, *Consideratione superna pulchritudinis. Climac.* Quæcunque anima contempletur, animatque infansiam æterni Verbi pulchritudinem, flocci æstimat, respicit, spernitque totum Mundi decorem & splendorem. Et hæc de virtute Castitatis, ejusque puritate & perfectione.

## CAP. V.

## De perfectione Voti Obedientia.

Obedientiæ perfectio desumitur principaliter ex fine, cum quis obtemperat homini, sicut Domino, ut *Ephes. 6.* docet Apostolus: pura, Superiori, in quantum respiciatur Christum, & est Vicarius Christi. Obedientiæ namque, de qua nobis sermo est, non est politica, sed religiosa: non naturalis, sed supernaturalis, sequela Gratiæ, in ordine ad vitam æternam. Hinc sequitur ad perfectionem Obedientiæ, pro ut est virtus moralis, sufficere executionem præcepti, voluntatisque Superioris ordinantis, ita, ut motivum & ratio formalis, ut vocant, Obedientiæ sit ipsum præceptum & ordinatio; verùm ad perfectionem Obedientiæ, in quantum est virtus religiosa & supernaturalis, insuper necessarium esse, ut quis ultimè obediat præcepto Superioris, in quantum est præceptum & ordinatio Dei.

Etenim Apostolus obedientiam doceat esse quoque exhibendam Superioribus sæcularibus tanquam Christo (*Obedite Dominis carnalibus, sicut Christo*) nihilominus *Ephes. 6.* discrimen est non exiguum. Etenim obedientia Superioribus temporalibus debita ex natura sua naturalis est, & ordinata solum ad finem naturalem, & in ea dicitur quis obedire Christo, in quantum Christus ordinavit & præcepit, ut Dominis temporalibus obediat;